



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XVII. Graf Siegfried in Osterburg bestätigt den Domstifte die von seinem Vater Grafen Albert in seiner Grafschaft gemachten Schenkungen, am 26. Febr. 1207.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

plures, quorum nomina breuitatis amore pretermittimus. Acta sunt autem hec anne dominice incarnationis M^o. C^o. XC^o. VII^o. VIII. kal. decembris.

XVII. Graf Siegfried in Osterburg bestätigt dem Domstifte die von seinem Vater Grafen Albert in seiner Grafschaft gemachten Schenkungen, am 26. Febr. 1207.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Liqueat tam presentibus quam futuris, quod ego Sifridus, dei gratia comes in Osterburch, post obitum patris mei felicis memorie Alberti, tunc comitis in Osterburch, pie collata ab eo ecclesie beati Nicolai in Stendale spontaneus innouo et ratum habendo confirmo idem beneficium, videlicet ut villa Rokinze ab omni iure et ab omni onere utriusque nostrum collatione, sicut et villa Garlip sit exempta, quod uel ego uel successores mei ab aliis villis, in eadem comitia constitutis consueverunt exigere debitum vel quod absit extorquere uiolenter. Verum ne sub hac generalitate obscuritas lateat onerosa, expressius hanc villam Rokinze scilicet ab eo, quod grafkorn et grafding et albergaria dicitur omnimodis absolutam recognosco: et ne forsitan obliuio nouerca gestorum huius liberalitatis memoriam valeat obfuscare, litteris nostris et sigillo quod ob remedium animarum nostrarum contulimus successoribus inuiolandum corroboramus. Acta autem sunt hec in aldenhufin presentibus his: Iamberto sacerdote et canonico in Stendale, Alberto de nigendorp, Engilhardo tunc dapifero, hermanno de mirica tunc avvocato in Aldenhufin, Ottone de brittania, Burchardo tunc camerario, et aliis quam pluribus. Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. VII^o. concurrente VI^o. III^o. Kalendas martij.

XVIII. Paps Innocenz III. bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen, am 6. Mai 1207.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Decano et Capitulo Stendaliensi — uestris iustis postulationibus annuentes, de Stendale, de Schinne, de Eluebuie et Rencherflache ecclesias, villam de Garlippe cum pertinentiis suis, duo talenta in areis et tria talenta in domo Mercatorum eiusdem castri, Quinque agrorum iugera extra fossatum et totidem iuxta Rencherflache, Areas quasdam pia uobis fidelium liberalitate collatas, Molendinum de Rokence, villas Rokence, Slautiz et Bereche cum pertinentiis earundem, Quatuor mansos in Schadewachte, duos in Niewinkele, duos in Bellinke, duos in Eluebuie, duos in Ciple ac dimidium in Gerbrechteslache ac tres quadrantes in Rencherslache, sicut ea iuste ac pacifice possidetis, uobis et ecclesie uestre per uos auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, II. Non. Maii, Pontificatus nostri Anno Nono.

XIX. Markgraf Albrecht bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen und Freiheiten und verpflichtet dasselbe zur Feier des Sonnabends zur Ehre der heiligen Jungfrau, am 1. Juni 1209.

In Nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Albertus dei gratia marchio brandeburgensis, — superni amoris accenti desiderio ob spem retributionis eterne circa ecclesiam Beati Nicolai in Stendale